

Sed ille, si tamen episcopus est, audiat: numquid et se pro episcopo habendum non esse decernit, si quis ex eius subditis eum in nulla heresi publicatum, nec pro aliquo crimine dampnatum pro episcopo habere contempsit? Non utique credimus, dum adeo eis sapiat episcopatus. Ergo non denegent suo pastori quod sibi a subditis suis nollent denegari...⁵⁹.

To restore obedience was the great task confronting Urban II and the chief aim of his policy of reconciliation, for which Bernold worked tirelessly as a papal *penitentiarius*. Whether he is accepted or not as author, at least the good sense of his rule for reading complete canonical texts, not excerpts, is again shown in this particular instance, as well as the soundness of his reason for it:

Nam quaelibet capitula locis suis considerata nonnunquam satis aperte patebunt, quae per se inspecta, aut vix aut ullomodo competenter intelligi potuerunt⁶⁰.

Textus

Bibliotheca Apostolica Vaticana, *Cod. Vaticanus lat.* 3832, fol. 194r-195r.

Ex decretalibus Iulii pape de metropolitanis episcopis qui fuit XXXVI post Petrum.

Quoniam¹ sanctam Romanam ecclesiam primatum ecclesiarum omnium esse uoluerunt, et sicut beatus Petrus primus fuit omnium apostolorum, ita et hec ecclesia suo nomine consecrata domino instituyente prima et caput sit ceterarum et ad eam quasi ad matrem atque apicem omnes maiores ecclesiae cause et iudicia episcoporum recurrant eiusque iuxta terminum sumant sententiam, nec extra Romanum quicquam ex eis debere decerni pontificem, quatinus non ita proterue et pro libitu cuiusquam suo proprio arbitrio, quibusque metropolitanis, sicut agere solebant liceat inconsulto Romano pontifice aut maiores ecclesie causas deturbare aut episcopos dampnare: sed communi sancte Romane sedis episcopi consilio et concordie actione queque sunt Christi zelo agenda disponent unanimiter (que *edd.*) recte sentiant, et que senserint non sibi met discrepando sed deo placite perficiant. Et post pauca: Si² quis ab hodierna die et deinceps episcopum (praeter *edd.*) huius sancte Romane (om. *edd.*) sedis sententiam dampnare aut propria sede pellere presumpserit, sciat se inrecuperabiliter esse dampnatum et proprio carere perpetim honore. Licet itaque summo (194^v) pontifici Romano tollere monachum de quolibet monasterio uel clericum de canonica³ et ordinare episcopum uel abbatem in quibuslibet episcopatibus uel cenobiis, abbate

⁵⁹ Ibid. (52, 37). Appendix (161, 40) uses the same argument.

⁶⁰ *Libell.* X (139,31; cf. also 118,10).

¹ Ps-Iulius c. 8 post init. (edd. P. HINSCHIUS, *Decretales Pseudo-Isidorianae*, Leipzig 1863, 459 f.; J. Merlin, Migne PL 130, 620 CD). JK 195.

² Ibid. c. 8... perpetim honore (HINSCHIUS 460; PL 130, 621 B).

³ See Introd. note 38.

etiam nolente, maxime in illis locis ubi per discordiam periclitantur anime uel etiam per prauorum exercitia desolatio sacri loci efficitur. Quid est quod summo pontifici Romano talis honor concessus est? ut in omnibus episcopatibus et omnibus prouinciis talem habeat potestatem ut ubicunque uiderit necessitatem in sancta ecclesia de pastoribus prout uoluntas compulerit ordinet rectorem. PETRUS enim in quo Christus sacris preceptis fundauit suam ecclesiam pre omnibus apostolis eundem Christum corde dilexit ut, interrogante eo discipulos quem eum crederent, pre ceteris solus uia uoce respondit⁴: « Tu es Christus filius Dei uiui. » Hac itaque pro responsione cumulum meritorum ab eo qui omnia sua clementia dispensat⁵, commutato nomine et augmento meruit laudari⁶: « Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam ». Quam pulchra uoce repromissio merito in Petro extitit. Suum nomen Petro tribuit. Petra enim Christus est. Et Petrus uocitato nomine a petra dictus est et ut firma petra in fidei soliditate fundatus est. Nam in passione domini firmior omnibus discipulis fuit, cum ceteris fugientibus ipse solus aduersus inimicos stetit et uindictam uirtute accepta de quodam seruo Malcho nomine uice Christi accepit⁷. Iste etiam in piscatione quodam tempore positus, cum sciret intellectu amoris quod Christus in hora maris potentia diuinitatis erat, non expectauit cursum nauis, sed undas cepit calcare pedibus quo citius pre omnibus quorum presentia ibi aderat ad eum ueniret quem feruenti amore diligebat⁸. Huic etiam Christus suas oues speciali mandato commisit cum eum tribus uicibus pulchra uoce an se diligeret requisiiuit dicens⁹: « Symon Petre diligis me plus his? » Cumque ipse Petrus ex profunditate sui amoris respondisset: « Domine tu scis quia amo te » Christus adiecit: « Pasce oues meas » et cetera. Ecce audistis speciale donum quod Christus Petro cum augmentatione nominis tribuit, et specialem uirtutem quam Petrus in passione Christi exercuit, et amorem specialem quem positio in mare exhibuit, et specialem commendationem ouium quam post resurrectionem benigna uoce concessit. Non enim nomen alterius apostoli mutauit, nisi istius solius. Nec alter apostolus cum eo quoniam caput est stetit, nisi solus iste. Neque enim reperitur pro eius amore pedibus super aquam ad eum temptasse uenire preter istum solum. Nec enim legitur dominus fecisse specialem commendationem de suis ouibus alteri apostolo, nisi isti soli. Hac itaque ostensione quam dominus noster per seipsum nobis ostendit de Petri honoris priuilegio attestare possumus, quia sicut carior et maior in opere fuit, ita eius ecclesia ubi sacratissimum corpus eius ab omni religione christiana uenerationibus sublimatur in caput omnium ecclesiarum que sunt fundate in latitudine totius orbis tenenda et ueneranda est. Quia uero hec ecclesia quam diximus omnium ecclesiarum caput est, iuxta saluatoris augmentationem et ostensionem, credendum est quod ille qui eius ecclesiam pontificali cathedra regit, caput <sit> sanctarum omnium ecclesiarum. Fiat namque ex omnibus ecclesiis unum corpus, ut ualeat esse caput. Regat itaque caput membra, ut una fides perseueret in ecclesiis. Vt ergo ualeat esse caput, ordinet sine ulla prohibitione ecclesias

⁴ Mt 16, 16.

⁵ Cf. Sap 15, 1.

⁶ Mt 16, 18.

⁷ Cf. Io 18, 10.

⁸ Cf. Io 21, 7.

⁹ Io 21, 15.

prout libuerit, maxime eas que carent pace per discordias et uiduate¹⁰ sunt per malorum intemperantiam. Sic ergo ordinet ea que ordinanda¹¹ sunt, ut careat offensione. Episcopi autem qui ordinati sunt si accusati fuerint non dampnandi sunt, nisi auctoritate canonum conuincantur, quia in gradu regiminis constituti sunt per sacram unctionem. Abbas uero nullo modo moueatur etsi accusatio in eum extiterit, nisi conuictus fuerit de heretica prauitate. Quia postquam christianum nomen accepit promisit se coram domino et sanctis eius obedientiam¹² tenere et sacras institutiones egregii et uenerandi Benedicti obseruare. Non enim accepit gradus regiminis per sanctam unctionem a pontifice sed factus est caput fratrum per concessam sibi obedientiam. Nam in initio sue conuersionis sponte fecit se seruum, dum iugo regule collum¹³ ligauit proprium. Nam quis potest iudicare alienum seruum sine proprio domino? Iudicandus itaque non est abbas qui uult obedi- (195^r) entiam humili labore tenere et in confessionis opere manere. Hinc est quod egregius uas electionis¹⁴ Paulus apostolus descripsit¹⁵: « Tu qui es » inquit « qui iudicas alienum seruum? Siue enim stat, suo domino stat, siue cadit suo domino cadit. » Iudicat quippe alienum seruum qui ex conditione sue legis aliquem trahit per aliquam uiolentiam. Hoc ergo quod descripsimus non solum a sanctis doctoribus sed etiam ab ipso conditore, qui omnia dat ad intellegendum¹⁶, et sanctis euangelistis accepimus auctoritatem ut firma ratione teneatur in ecclesia. Nam etiam statutum est firma ratione ut sit anathema quisquis dampnare temptauerit ordinationem summi pontificis Romani¹⁷, etiamsi ebriosus sit, aut adulter, aut homicida¹⁸, uel in alio aliquo sceno obnoxius teneatur¹⁹, nisi de heretica rabie fuerit accusatus et ab orthodoxis ecclesiasticisque uiris bene comprobatus atque conuictus²⁰.

¹⁰ See Introd. note 26.

¹¹ See Introd. note 28.

¹² Cf. *Benedicti Regula* c. 58, 16 (ed. R. HANSLIK, CSEL 75, 1960, 135).

¹³ Cf. *ibid.* c. 58, 17-18 (ed. cit. 136).

¹⁴ Cf. Act 9, 15.

¹⁵ Rm 14, 4.

¹⁶ Cf. 2 Tm 2, 7.

¹⁷ Cf. Conc. Romanum (863) c. 5 (MGH Epist. VI, 286; DENZINGER, ed. ante 1963, 326). JE post 2747. See Introd. note 52 for use of this text by contemporary authors. The excerpt « Statutum est ... conuictus »: *Coll. XIII Libr. I*, 135 (Introd. p. 20).

¹⁸ See Introd. note 56.

¹⁹ See Introd. note 54.

²⁰ See texts cited Introd. note 57-59.